

Spes votumq; soli patrii, cui limine primo
Vita inter vivos cunabula collocat alma,
Alitibus populo toti procede secundis!
Te nascente ferax lato Germania tractu
induat auspiciis sese melioribus, opto,
Loricam mutare togâ, gestare secures
laurigeras dextrâ pacatâ gaudeat orbis.
Cresce celer, celebris rege quondam: Vive sed annos
Nestoris ipse senis. GENITORIS splendida vita
interea longo (cum Compare) stamine constet.
Sit Domus, à Brenno quæ dicta est, prospera, fausta;
Sit Domus Uranii quoq; stemmatis ampla, vicensque!

M. G. P.